

versus Lepidum scribens; ait: Ea, que hostes sibi invicem eriperent, licet male capta sint, jure tamen eorum repetitionem non esse, quia civitate jam sedata, & composita, & re lab factata, ex pediret Republica, quasi agræ & saucia requiescere quomodocumque, ne vulnere curatione ipsa rescindantur. Et melius ac congruentius locus alter Divi Augustini lib. 3. de Civitate Dei, ca. 33. ubi loquens de lege Agraria, inquit, quod fuit initium civilium bellorum & seditionum: Volebant enim Gracchi legibus Agrariis agros populo dividere, quos nobilitas perperam possidebat, sed eis tam vetustam iniquitatem audere convellere periculosissimum, imò verò, ut ipsa res docuit perniciosissimum fuit. Neque enim legibus, & ordine potestatum, sed turbis, armorumque conflictibus nobiles, ignobilesque necabantur.

34 Quo loco, & exemplo motus f eruditiss. Fr. Alphonsus a Castro in quodam consilio manuscripto, quod circa conservandas, vel tollendas commendas Indorum in Anglia edidit die 13. mensis Novembris anno 1558. ad instantiam Imper. Caroli V. defendit, prædictas commendas, quamvis aliqua damna generasse dicerentur, conservandas, & tolerandas esse: quinimò & vendi, & perpetuari posse, si Hispaniæ Regibus id utile videretur, ex traditis à D. Thoma in opusculo 21. ad Ducissam Brabantie. De quo articulo alibi plenius agemus.

35 Et plane nemo non videt, f quam absurdum esset, si Hispani, qui hodiè inter Indos commorantur, illis parentent, eorumque gubernationi subjecerentur; qualiaque & quanta damna & incommoda sequerentur, si Catholici Reges nostri has novi Orbis provincias desererent, que eis magni steterunt, ut inquit Anton. de Herrera in hist. gener. Ind. decad. 3. lib. 8. cap. 4. pag. 299. & in quibus insigni, & indesinenti eorundem Regum cura, ac pietate, tot infidelium myriades ad Christi fidem, & Apostolicæ Romanæ Ecclesiæ obsequium deductæ sunt, & quotidie deducuntur, ut latè ostendimus supra lib. 1. cap. ultim. ex num. 99. & lib. 2. cap. 4. num. 17. Unde magis securè procedit prædicta opinio, que ejusdem Orbis recensionem justificat, & restitutionem excusat. Nam f bona inferioris ordinis notabili bonorum etiam temporalium superioris ordinis, ut egregiè resolvunt, & exemplis illustrent Cajetan. in 2. 2. quest. 62. art. 6. Navarr. in Manuali, cap. 17. num. 56. & 89. Sot. de justitia, & jure, lib. 4. quest. 6. art. 3. & quest. 7. tit. 2. & alii, quos refert & sequitur Ferdinand. Reb. de obligat. justitie, lib. 4. quest. 13. Unde

37 multò magis idem probandum est, ubi imminet jactura, & periculum bonorum spiritualium, Religionis scilicet, cujus consideratio summa esse debet, l. sunt persone 43. ff. de Relig. & sumpt. funer. ibi: Nam summam esse rationem, que pro Religione facit, cum aliis, que ad ejus illustrationem congerit Marcus Mantua in Bæchiridione rerum singularium, cap. 244. & Joan. Baptista Valenzuela, in monit. contra Venetos, 1. part. n. 15. 38 Et f salutis animarum, que cunctis rebus præponderat, cap. præcipimus 12. quest. 1. f l. sancimus 17. in fine, C. de sacrosanctis Ecclesiis, ibi;

Quoniam non absurdum est, animas hominum quibuscumque vasis, vel vestimentis præferri. Quo loci Accursus Animas, pro animatis corporibus, non male juxta subjectam materiam exponit. Sed nihil vetat, etiam de spiritibus intelligere, prout facit Felinus, plura similia, que pro animarum favore, ac salute constituta reperiuntur, enumerans in cap. in presentia, q. 4. de probation. Abb. cons. 63. lib. 1. Socin. cons. 39. colum. penult. lib. 2. & latè Catellan. Cotta omnino videndus in memorab. juris, verb. Anima, & Cardin. Tusch. eodem verb. conclus. 333.

CAPUT VI.

Reges nostros piè semper, & sanctè ea omnia ordinasse, que in detegendis, & convertendis Indis fieri conveniebat, & excessus, atque injurias à Ducibus, & militibus irrogatas, nihil eorum pietati, & justificationi nocere.

SUMMARIUM.

- 1 Auctor quid in hoc opere ultra alios præstitit, eruditiorum judicio relinquat.
- 2 Invidi, & voratores Indiarum retentionem mordent, quorum calamitas referuntur, & refelluntur, Et num. sequentibus.
- 3 Initium cupiditatis rei semper inspicit solet.
- 4 Fundamentum, ubi est errorum, aut vitiosum, omnia corrumpit.
- 5 Cupiditatis vitium, non religionis zelum Hispanos ad Novum Orbem perducisse aliqui cavillantur.
- 6 Cupiditas est omnium malorum radix juxta sententiam D. Pauli. 1. ad Timoth. 6.
- 7 Hispanorum avaritie, & cupiditatis initio detectionis Indiarum, aliqua exempla referuntur.
- 8 Aurum esse Hispanorum Deum, Indi existimant, & de festis ei hac de causa à quodam Regulo Cubæ factis.
- 9 Encisus Bacchalaris aurum in provincia Dariensis retibus piscari publicavit.
- 10 Zenu in fluvio auri glebe gallinacei ovi magnitudinis retibus expicari solent.
- 11 Divitias Novi Orbis nimis extollit Majolus.
- 12 Atabaliba Peruianorum Imperator immensas divitias pro sua libertate promisit.
- 13 Hispanis accomodari potest, quod olim Tit. Livius de Romanis in African trajicientibus, scriptum reliquit.
- 14 Seneca elegans locus refertur, & ad Hispanorum in Orbem Novum adventum accommodatur.
- 15 Charitas aurum optimum, Dei verbum argentum præstantissimum.
- 16 Hispanos milites divitiarum desiderio in expeditionibus Indicis permoveri, mirandum non est.
- 17 Pecunie obediunt omnia.
- 18 Aurum omnia scindit, & superat.
- 19 Aurum bella, & alia plura scelera, & damna in mundum invenit, ex Virgil. & aliis Poëtis.
- 20 Pax non potest placere iis, quibus inmodica cupiditas est.
- 21 Hispani propter auri cupiditatem crudeliter Indos tractasse, ac fere deesse dicuntur.
- 22 Damna, & injurias Indis ab Hispanis illatas qui recenseant, & succenseant.
- 23 Christiani, etiam cum justis bellis operam navant, mites & temperati esse debent.
- 24 Clementis Alexand. elegans locus ad suadendam Christianorum mansuetudinem ponderatur.
- 25 Auctor non intendit absoluisse excessus, & turbines bellorum olim Indis illatorum.
- 26 Peccatum si quid fuit in primis ad Indos expeditionibus, Regibus nostris imputari non debet.

- 27 Reges Catholicos Hispaniæ semper piè, ac providè ea omnia ordinasse, que ad bonam conversionem, & tractationem Indorum conveniebant, multis ostenditur.
- 28 Christophoro Columbo quid primum Reges Catholici circa Indorum curam dederint in mandatis.
- 29 Nicolaus de Ovando summè injungitur à Regibus Catholicis cura conversionis, & bonæ tractationis Indorum.
- 30 Clausula testamenti Elizabethæ Regine Catholice de Indorum conversione, & ratione enisè agens, refertur.
- 31 Carolus V. Imperator Licentiaro Figueroæ, & aliis plurimum Indorum causas, & patrocinium commendavit.
- 32 Ferdinando Cortesio multum pacifica Indorum conversio, & tutela precipitur.
- 33 Schedula, & instructiones plures remittit congerantur de cura conversionis, & defensionis Indorum multa piè, & utiliter præcipiunt.
- 34 Schedula quadam Philippi II. refertur, que injurias Indis illatas graviter dolet, & à Regum nostrorum mente, & voluntate valde alienas esse demonstrat.
- 35 Schedula Regis Philippi III. expendantur, que Indorum prædicationem omnino Evangelico modo fieri jubent.
- 36 Reges nostros ab injuriis Indis illatis plures auctores excusant.
- 37 Leges quantumvis justæ improborum temeritate violantur.
- 38 Damna omnia Indis illata, insolentie, & avaritie militum tribuit Joan. Boterus, cujus verba referuntur.
- 39 Consilium Regium Indiarum semper Indorum damnis, & oppressionibus obviam ire curavit.
- 40 Leges, & præcepta Regum, ubi illi longè absunt, facile contemuntur. Et hoc in Indis contigisse ex Emman. Roder. Acosta, & aliis, quorum verba referuntur.
- 41 Lusitanorum Regum sanctas ordinationes quatit, & quare in Indis Orientalibus elusas fuisse tradit Masfius.
- 42 Bulla semper plura damna, & calamitates adducunt.
- 43 Milites dixi esse possum.
- 44 Leges inter arma non exaudiuntur.
- 45 Arma non servant modum, ex Seneca.
- 46 Bellum, & ejus damna multoties cohibere non potest Princeps ipse, qui illud incipit, Ex Sallust.
- 47 Michaelis Hospitalis elegantia carmina de damnis bellorum adducuntur.
- 48 Victi semper solent à victoribus calcari, & spoliari.
- 49 Militaris disciplina à Romanis maxime observabatur.
- 50 Lex postliminium, §. filius, ff. de captivis, illustratur.
- 51 Romani milites non solum hostibus, verum & sociis, ac confederatis multa damna, & injurias inferbant.
- 52 Procopii elegans locus expenditur de excessibus militum Romanorum.
- 53 Miseri, & pauperes semper potentiorum injuriis, & spoliis subjacent, ex Juvenali.
- 54 Ludovici XII. Gallie Regis apophthema refertur.
- 55 Ferdin. Davalos Marchio Piccaria milites, Marti simul & Christo servire, difficile reputabat.
- 56 Milites Hispani in Indis aliquando justis ex causis in Barbaros severunt.
- 57 Hispani à multis auctoribus excusantur de crudelitatis super modo, quo Indos adigi conveniebat.
- 58 Thomæ Bocii elegantissima verba referuntur, pro excusanda Hispanorum adversus aliquos Indos asperitate.
- 59 Christophori Columbi cum Fr. Builo Castellano contentio super modo, quo Indos adigi conveniebat.
- 60 Milites Hispani, quibus rationibus suam adversus Indos severitatem excusare solebant.
- 61 Theodori de Bry notabilia verba referuntur, quibus Hispanorum excessus excusant.

- 62 Nationes omnes multa quotidie peccata propter avaritiam committunt, præsertim in militariibus expeditionibus.
- 63 Indorum plurimi non ob severitatem Hispanorum, sed pestiferis morbis, & aliis variis variis perierunt.
- 64 Peruianorum Indorum magna pars variolarum lue miserè perit.
- 65 Novæ Hispaniæ Indi magna ex parte duabus pestibus consumpti sunt.
- 66 Deus occulto suo judicio Indos variis calamitatibus affligere solet.
- 67 Indos brevi prorsus absumendos esse quidam vaticinantur.
- 68 Indorum pro salute, & conservatione que statuitur, non plerumque nociva esse solent, quod eorum peccatis aliqui tribuunt.
- 69 Romane urbis in excidio sub Alarico, multa contigit, & narrat Sozomenus, Indorum vastationi similia.
- 70 Indos quantumvis malos & tyrannos eius rabus spoliari non potuisse, multi asseverant.
- 71 Rex alterius etiam si quis à prædone capiat, legitimus ejus dominus non efficitur.
- 72 Pontificis concessionis titulum hæretici in dubium vocare nituntur.
- 73 Pape auctoritas non potest peccatum permittere, neque ab eo excusare.
- 74 Finis bonus solus non facit actum bonum, si per media illicita procedatur.
- 75 Peccare quis potest faciendo bona intentione rem licitam, que tibi non competit, aut in ea excedendo.
- 76 Excessus puniuntur, etiam si aliis actus esset permixtus.
- 77 Mandatum vel permittens delictum fieri, illud facere videtur, etiam si mandatarius excedat.
- 78 Eventus regulariter tribui solet causæ proxime, & immediata, & quando hoc fallat.
- 79 Actus non tribuitur, exequenti, sed ordinanti.
- 80 Dominus teneri solet de factis, & delictis famulorum, & ministrorum, quos aliqui negotio proposuit, maxime si viles sint, Et num. 83. & 107.
- 81 Magnates non excusantur à restitutione damnorum, que famuli inferunt, eorum potentia confisi.
- 82 Damni occasionem dant etiam ex levissima causa, ad damnum tenentur.
- 83 Dominus ex delicto servi non allegat ignorantiam.
- 84 Damnum debet refici ab iis, quorum contumplatione causatur.
- 85 Bello imprudenter illato, que obligationes oriuntur, remittit.
- 86 Ratum qui habet delictum, vel excessum ab aliis commissum qualiter tenentur.
- 87 Nobiles, qui in suo famularu, vel satellitio habent homines sceleratos, ex delictis eorum tenentur.
- 88 Militer si aliquid damnum popularibus faciunt, Magister militum illud reficere debet.
- 89 Princeps graviter punire debet milites, qui absque ejus licentia bella, vel damna inferunt.
- 90 Majestatis læsæ tenentur, qui sine licentia Principis bellum movent, & etiam in hostes & alienos gratulantur.
- 91 Regum nostrorum justitia à calamitibus hæreticorum facile vincitur.
- 92 Finis sanctus, & redus ubi consequitur, non multum curare solent de mediis, Et num. 97.
- 93 Principia in omni negotio longè absunt à perfectione.
- 94 Incrementa regulariter habere non solent, que illicitè incipiunt.
- 95 Principia sinistra sæpè ad felicem exitum perveniunt.
- 96 Operis deformitas non attenditur, quando fuit recta intentio, & finis operantis.
- 97 Finis facti consideratur potius quàm modus ducens ad finem.
- 98 Finis contemplatione omne agens operatur, & dicitur causa causarum.
- 99 Novi Orbis in acquisitione multa multi sanctè & religiosè operati sunt.
- 100 Malorum interventio bonis aliorum operibus nocere non debet.
- 101 Ministri Dei esse solent, etiam qui mali sunt.

- 102 *Causa justior, & potentior praevalet, & attendi debet.*
- 103 *Causa quae prodest, ubi concurrat cum ea, quae nocet, illa attendi debet, non haec.*
- 104 *Christianorum fides quod facit, non est spectandum, sed quod boni Christiani, Ex D. Augustin.*
- 105 *Excessus, & abusus rerum omnium utilitatem non tollit.*
- 106 *Dominus de excessibus, & delictis famulorum, & ministrorum regulariter non tenetur.*
- 107 *Limitatio circa imputandum Dominis servorum delicta.*
- 108 *Reges nostri semper optimos Duces, ac probatos ministros ad Novum Orbem mittere procurarunt.*
- 109 *Dominus absenti, ignorant, vel aliter impudere non valenti, non imputantur ministrorum suorum delicta.*
- 110 *Dominus in dubio praesumitur ignorare excessus, & delicta suorum famulorum.*

HActenus de justis, & legitimis, vel etiam probabilibus titulis, & rationibus acquirendi & retinendi hujus Novi Orbis dixisse sufficiat. In quibus tamen quidem exponendis asserendis, & illustrandis, quid Nos ultra alios praestiterimus eruditorum iudicio relinquimus. Nunc autem, ut nihil omnino maneat intactum, superest, ut tamen calumniis, & objectionibus novatorum, & invidorum respondere curemus, qui praedicta omnia importunis latratibus perturbare, & lividis ac Theoninis dentibus mordere conantur, & Hispano nomini invidiam, quotidie curiosulas quaestiones circa Indiarum dominium movere non desunt, ut bene observavit Pet. Marth. in notis ad constitut. Pontif. pag. 153.

Et in primis nobis objiciunt, quod cum tamen initium cujuslibet rei semper inspiciendum, & considerandum sit, l. 3. §. scilicet de minor. l. tutor. ff. de fidejussor. l. 3. ff. de tutel. l. quid in quod, ff. de notat. l. octus, cum seq. ff. de trit. vino, & oleo legato, l. uxorem, §. agri plagam, ff. de legat. 3. l. 1. C. de impon. lucrat. descrip. cum multis aliis, quae late congerit Bald. in l. 1. num. 11. ff. de orig. jur. Rolandus a Valle cons. 78. num. 2. vol. 4. Riminal. in l. ut vim, n. 38. ff. de just. & jure, & in l. posthumo num. 311. C. de honor. post. contr. tab. Petr. Greg. lib. 2. syntag. cap. 18. n. 1. & seq. Pet. Sturd. de alim. tit. 7. quest. 34. n. 4. Joan. Salisberiens. in Polierat. sive de Curialium nugis, lib. 9. cap. 20. Claud. Patr. Gnoseon general. jur. lib. 3. tit. 1. cap. 2. & novissime Joan. Bapt. Valenzuela cons. 4. ex n. 28. & consil. 19. num. 1. & cons. 33. num. 117. & consil. 88. n. 2.

Et ubi tamen fundamentum erroneum ac vitiosum est, omnia corruant, neque ullus validus effectus resultare possit, quia totus ordo destruitur, si principium legitimum non servatur, & qui primitiva inficit, derivata vituperat, ut post Aristotel. lib. 1. de celo & mundo ostendit F. C. in l. egi tecum, ff. de except. rei judic. cap. Principatus 1. quest. 1. cap. cum Paulus 1. quest. 2. Bald. in l. nominationis, num. 2. C. de jud. Paul. Castrens. cons. 5. num. 22. vol. 3. cum plurimis aliis adductis a Tiber. Decian. cons. 8. n. 208. lib. 1. Nevizan. in Sylva nuptial. lib. 1. n. 64. Claud. Prat. dicit. tit. 1. c. 6. & Valenzuela cons. 69. n. 129. & seqq. Non potest hac Indiarum Occidentalium acquisitio, & retentio justo aliquo titulo communitri, cujus initia vitiosa fuerunt, tamen ut potest non tam Religionis zelo, quam auri, & argen-

ti illecebris, & divitiarum execrabili cupiditate subnixi, tamen quam omnium malorum radicem merito appellavit D. Paul. 1. ad Thimoth. 6. dum inquit: *Nam qui volunt divites fieri, incidunt in tentationem, & in laqueum diaboli, & desideria multa, & inutilia, & nociva, quae mergunt homines in interitum, & perditionem: radix enim omnium malorum est cupiditas.*

Ad quod probandum tamen multa de Hispanorum cupiditate notarunt Hierony. Benzo, Honoratus Fasitellus, Trajanus Bocalinus, & alii, quorum dicta retulimus supra lib. 1. c. 16. n. 95. & seqq. Et potest addi, quod ex nostris, post Episcopum Chiapensem tradit Fr. August. Davila in histor. Mexican. Ordin. Praedicae. lib. 1. c. 8. & 9. tantam scilicet auri sitim primis illis conquistatoribus fuisse, ut nihil aliud nisi aurum a Barbaris peterent, illosque pacifice Evangelii promulgationem suscipere judicarent, qui auri plurimum offerebant, in negantes vero crudeliter deservirent. Quo factum esse inquit, tamen ut Indi, aurum, Hispanorum Deum esse putarent, cui, Hatuey Cubensis insulae Regulus, publicas hac de causa choreas, & saltationes indixit. Quam historiam narrat etiam Anton. de Herrera in hist. gener. Ind. decad. 1. lib. 10. c. 15.

Qui idem tamen quemdam Bacchalarium Encisum plures secum homines ex Hispania ad Darienis provincias adduxisse commemorat, ejus suasio ne pellectos, quod auri ingentem copiam, retibus ubique in illius regionis flumina jactis, expiscari affirmaret. Quod etiam tamen de Zenu fluvio, non procul a Carthagini Occidentalis urbe labente, ubi auri glebae retibus saepe expiscari solent gallinacei ovi magnitudine, serio tradit Petr. Mexia in Sylva varia lectio. 5. part. c. 12. & 13. & ex eo ecolit Simon. Majol. in diebus capitul. 1. p. colloq. 11. ad finem, pag. mibi 298. & colloq. 19. pag. 47. Ubi tamen alia quoque miranda de ingentibus Novi Orbis divitiis, recenset, & cum Suario comm. ann. Domini 1558. Francisci Pizarri, & sociorum avaritiam notat, qui tamen Atabalipau Peruanum Regem violenta morte necarunt, non parva Caroli Caesaris jactura, cum ille pro libertate sua septem quadraginta auri vassa appendisset, & intra septuagesimum diem septuaginta miliones aureorum Carolinorum, id est, septuagies decem centena millia aureorum appensus spondisset.

Possimusque tamen Hispanorum turmis ea tempestate in hunc Novum Orbem confluentibus illud Livii applicare lib. 29. *Tantus omnibus ardor erat in Africam trajiciendi, ut non ad bellum ducti viderentur, sed ad certam victoriae praemia.* Et melius elegantissima tamen Seneca verba lib. 5. natur. quest. 14. ad finem, qui veluti haec jam tunc praesagiens & enuntians, sic inquit.

Hoc vero quid aliud quis dixerit, quam insaniam, circumferre pericula, & rure in ignotos, iratum sine injuria, occurrentia devastantem, ac ferarum more occidere, quem non oderis? Illis tamen in ultione, aut ex fame morsus est; nos sine ulla parsimonia nostri, alienique sanguinis, movemus maria, & navigia ducimus, salutem committimus fluctibus, secundos optamus ventos, quorum felicitas est, ad bella perferri. Quosque nos malos mala nostra rapere? Parum

rum est intra Orbem suum furere? Sic Persarum Rex stolidissimus in Graeciam trajicit, quam exerit non vincens, cum impleverit. Sic Alexander ulterior Baetris, & Indis volens quare, quid ultra magnum mare, & indignabitur, aliquid esse ultimum sibi.

Sic Parthis avaritia Crassum dabit. Non horrebit revocantis diras Tribuni, non tempestates longissimi maris, non circa Euphratem praesaga fulmina, & Deos resistentes. Per hominum, Deorumque iras ad aurum ibitur. Ergo non immerito quis dixerit, rerum naturam melius acturam fuisse nobiscum, si ventos flare vetuisset, & inhibito discursu furientium, in sua quemque terra stare jussisset. Magna pars erat pacis humanae maris praedicti, &c.

Sed huic calumniae, & objectioni plene respondimus supra d. lib. 1. c. 16. ex n. 99. usque ad 113. quae hic lector reperere poterit. Adhuc possunt, quae in simili de Lusitanorum ad Indiam Orientalem navigationibus & lucris, vix sumptus pro extendenda & conservanda fide factos, aequantibus, novissime observat Seraph. Freitas de Imperio Asiae. c. 17. per tot. Et quamvis non tamen negemus, quin caritas auri optimum.

Dei Verbum argumentum praestantissimum sit, & his omnino mediis ac telis hanc Orbis Novi conversionem, & acquisitionem peragi longum praeclearius, & convenientius fuisse: tamen mirandum tamen non est, nec usque quaque succensendum, quod milites, & alii vulgares, & seculares homines, aliquo divitiarum desiderio permoti pias Regum nostrorum leges, & sinceram, aliorum Religiosorum virotum curam, atque incorruptam praedicandi rationem sua cupiditate foedaverint, tamen cum pecunia obediunt omnia, ut habetur Eccles. cap. 10. vers. 19. ubi Martin. Delr. in adagis, & Joan. Pineda in comment. plura notarunt, & secundum Diphilum relatum ab Stobaeo, serm. 89. aurum tamen longum validissimum sit, per ipsum enim omnia scinduntur, & conficiuntur. Quod tamen & bella, parricidia, legum transgressionem & plurima alia scelera in mundum invexisse, eleganter ostendit Virgil. lib. 3. Aeneid.

- Fas omne abrupit Polydorum obruncat, & auro Vi positur, quid non mortalia pectora cogis Auri sacra fames?*
- Ovid. lib. 1. Metamorph.
- Effodiuntur opes irritamento malorum, Jamque nocens ferrum ferroque nocentius aurum Proderat, prodiit bellum, quod pugnat utroque;*
- Lucanus, lib. 3. Pharsal.
- Usque adeo solus ferrum, mortemque timere. Auri nescit amor? percutit discrimine nullo Amisso leges; & pars vilissima rerum Certamen novissis opes.*
- Et lib. 7.
- Impulit amentes aurique cupidine caecos; Ire super gladios, superque cadavera patrum Et caesos calcare Duces.*
- Propertius, lib. 3. eleg. 11.
- Aurum omnes vincta jam pietate colunt, Auro pulsa fides, auro venalia jura, Aurum lex sequitur, mox sine lege pudor.*
- Tibullus, eleg. 10. lib. 1.
- Divitis hoc vitium est auri: nec bella fuerunt, Fagnus atabat cum scyphis ante dapes, Non arces, non vallus erat, somnumque petebat, Securam variis Dux gregis inter oves.*
- Balbus Poeta:

- Aurum bella gerit, mucronibus imperat aurum, Aurum ventos vela dat aequoribus, Evertitque urbes, & mania diruit aurum, Delci & extructis oppida celsa regis.*
- Et plenius Jacob. Philomusus, dum canit, *Aurum destructor vita, princepsque malorum, O quam difficile nectis ubique dolos: O utinam natum nunquam mortalibus esses: Dulcia suppeditas, quae nocumenta viris: Te propter pugnae sunt, & bella moventur, Ad praedam, & caedes corpora nostra trahis. Praesternis gentes, & totum destruis Orbem, Nulla fides homini, te duce trare potest. Fadera tu Regum, & falsos jungis amicos, Imperio servis & genus omne tuo.*

Secundo novatores nobis objiciunt, tamen pacem non posse iis placere, quibus immodica cupiditas est, ut eleganter de Sylva loquens, inquit Velejus Patere. vol. 2. relatus a Petr. Fab. lib. 1. Semest. cap. 7. pag. 42. in fine, his verbis: *Tentavitque justis legibus, & equis conditionibus bellum componere, sed iis, quibus & pessima, & immodica cupiditas erat, non poterat pax placere.* Quod in hac deteccionem & conquisitionem Indiarum compertum fuisse ajunt, tamen cum Hispani propter divitiarum cupiditatem, qua (ut inquitur) ducebantur, pacis, mansuetudinis, & praedicationis Apostolicae nullam curam habuerint, sed bellis, armis, & terroribus omnia turbantes, asperae, nimis, & crudeliter Indos tractaverint, ac ferre deleverint, & ubique plurima damna, & injurias eorum rebus, & personis tyrannice, & violenter intulerint. In quibus recensendis, & succensendis totam suam Indiarum historiam Hieronym. Benzo & ejus additionator clausisse videntur, & nimis dolent, & invehant Episcopum Chiapens. in suis apologiis, contra Sepulvedam, & in peculiari libello, cui nomen indidit: *Brevissima relacion de la destruccion de las Indias*, Cajet. 2. 2. q. 66. art. 8. ad 2. Victor. in relef. de Indis, §. 4. concl. 2. §. 6. & 7. Fr. August. Davila in d. hist. Mexia. lib. 1. cap. 100. & sequentibus. ubi aliqua miracula, & supplicia recenset, quae Deus pro ejusmodi crudelitatibus vindicandis operatus est, Joan. Boter. in relac. univer. 4. part. lib. 3. pag. 59. & seq. Joseph. Acost. lib. 3. de procurat. Ind. salut. cap. 4. & 5. Fr. Emman. Roder. in quest. regular. tit. 2. quest. 99. art. 4. Petr. Cieza tom. 2. cap. 33. & alii historiae Indiarum scriptores variis in locis. Et late Joan. Metellus in epistola, quae Ossorii operibus praefixa est, a quibus habuit Theatrum vitae humanae, vol. 12. lib. 3. pag. 2739. & iterum, pag. 2753.

Porro tamen Christianos, etiam cum justis bellis operam navant, mites, atque in parcendo, quantum fieri possit, faciles esse debere, multis argumentis, ultra alios: novissime probat Fr. Joan. Marq. in Gubernat. Christ. lib. 2. cap. 28. & seqq. ubi citat illud Arnobii lib. 1. contra Gentes, cujus verba retulimus sub lib. 2. cap. 17. num. 86. Et tamen ubi legem Deuter. cap. 20. commendat, quae etiam in agris hostium redundanti quadam humanitate pomiferas arbores succidi prohibuit, allegoricè ostendens, ut addit Gentian. Herverus ibidem, ex hostibus eos solum esse interitendos, qui nobis possunt nocere, non eos, qui sunt innoxii.

Sed ego tamen licet absolute excusare non possim, nec debeam bella omnia, bellorumque gestorum

excessus, atque omnes illos superiorum temporum turbines, & quae in Indos patrata dicuntur, crudelitates. Illud tamen certe, & intrepidè monco, & sicubi in his peccatum fuit, id planè nullatenus, ut sapè diximus, Regum nostrorum pietati, & justificationi nocere: quorum ea semper fuit cura, & sollicitudo erga Indorum conversionem religiosè, & suaviter disponendam, libertatem asserendam, bonam tractationem, atque instructionem curandam, damna, & injurias, quae miseris illis irrogabantur, vindicandas, & depellendas, & viros probos, doctos, ac religiosos, ad hac omnia commodius exequenda, undecumque quaerendos, consulendos & delegandos, ut injuncto sibi à Sede Apostolica munerì absque dubio satisfecisse videantur, ut constat ex iis quae diximus sup. lib. 1. cap. ult. num. 106. & seqq. & lib. 2. cap. 8. num. 78. cap. 9. num. 17. cap. 15. numer. 25. cap. 17. num. 59. & praecipuè, cap. 18. numer. 15. cum quinque sequentibus. Ita enim videmus in primo capite primae illius instructionis, quam Catholici Reges Christophoro Colombo dederunt, ubi ad insulas à se repertas, cum Almiralì, & Gubernatoris titulo remeavit; cuius verba, ultra alios, refert Episcopus de Chiapa in replicat. ult. adversus objectionem. Sepulveda, pag. 52. sic piissimè, & prudentissimè cautum fuisse:

Por ende sus Altezas, deseando que nuestra santa Fé Catholica sea aumentada, y acrecentada, mandan, y encargan al dicho Almirante, Visorey y Gobernador, que por todas las vias y maneras que pudiere procure y trabaje á traer á los moradores de las dichas Islas y tierra firme, á que se convirtieran á nuestra santa Fé Católica, y para ayuda dell, sus Altezas embian al deboto Padre Frai Buil, juntamente con otros Religiosos, que el dicho Almirante consigo ha de llevar, los quales por mano, é industria de los Indios que aca vinieron, procuren que sean bien informados de las cosas de nuestra santa Fé, pues ellos sabrán y entenderán mucho de nuestra lengua, é procurando de los instruir en ella lo mejor que ser pueda. Y porque esto mejor se pueda poner en obra, despues que en buena bora sea llegada allá la armada, procure, y haga el dicho Almirante que todos los que en ella vian, é los que mas fueren de aqui adelante, traten muy bien, é amorosamente á los dichos Indios, sin que los hagan en oyo alguno; procurando, que tengan los años con los otros conversacion y familiaridad haciendose las mayores obras que ser puedan. Y ansimismo el dicho Almirante les dé algunas dadias graciosamente de las cosas de mercaderia de sus Altezas, que lleva para el rescate, y los honre mucho: y si caso fuere que alguna ó algunas personas tratasen mal á los Indios en qualquiera manera que sea, el dicho Almirante como Visorey, y Gobernador de sus Altezas lo castigue mucho por virtud de los poderes de sus Altezas, que para ello lleva.

Et postea, cum fideret Catholici Reges 29 ↑ nobilem, & prudentem virum Nicolaum de Ovando Alcantarensis Militiae Equitem ad eorumdem insularum regimen mitterent anno 1501. hoc ei praecipuè in mandatis dederunt: *Que procurase con gran vigilancia y cuidado, que todos los Indios de la Española fuesen libres de servidum-*

bre, y que no fuesen molestados de alguno, sino que viviesen como vasallos libres, gobernados y conservados en justicia, y que procurase que en la santa Fé Católica fuesen instruidos; porque su intencion era que fuesen tratados con mucho amor y dulzura, sin consentir que nadie les hiciese agravio, porque no fuesen impedidos en recibir nuestra santa Fé, y porque por sus obras no aborreciesen á los Christianos. Y que para que mejor pudiesen ser doctrinados, se procurase que se comunicasen con los Castellanos, tratando con ellos, y ayudado los unos á los otros, ut refert latiùs Anton. Herrera in dict. hist. gener. Indiar. decad. 1. lib. 4. c. 11. & 12. lib. 5. c. 11. qui etiam eadem decad. 1. lib. 6. c. 19. & lib. 9. c. 5. & 14. alia decreta recenset que eorundem Catholicorum Regum piam hac parte sollicitudinem, & studium commendat.

Sed hoc gravius, & luculentius ostenditur ↑ ex clausula quadam testamenti ipsius Elisabeth Reginae Catholicae, quam refert Episcopus de Chiapa ubi supra, & idem Herrera dict. decad. 1. lib. 7. c. 12. ubi ita cavetur. *Item, por quanto al tiempo que nos fueron concedidas por la santa Sede Apostolica las Islas y Tierra firme del mar Oceano, descubiertas y por descubrir, nuestra principal intencion fue al tiempo que los suplicamos al Papa VI. Alexandro, de buena memoria, que nos hizo la dicha concesion, de procurar de inducir y traer los pueblos de ellas, y los convertir á nuestra santa Fé Católica, y embiar á las dichas Islas y Tierra firme, Prelados, y Religiosos, y Clerigos, y otras personas doctas, y temerosas de Dios, para instruir los vecinos, é moradores dellas en la Fé Católica, é los enseñar, y dotar de buenas costumbres, é poner en ello la diligencia devida, segun mas largamente en las letras de la dicha concesion se contiene. Porende suplico al Rey mi señor muy afetuosamente, encargo y mando á la dicha Princesa mi bija, y al dicho Principe su marido, que así lo hagan y cumplan, é que este sea su principal fin, y que en ello pongan mucha diligencia, y no consientan, ni den lugar, que los Indios vecinos, é moradores de las dichas Islas, é tierra firme, ganadas, é por ganar, reciban agravio alguno en sus personas, ni bienes: mas manden, que sean bien y justamente tratados; y si algun agravio han recibido, lo remedien y provean por manera que no excedan cosa alguna de lo que por las letras de la dicha concesion nos es injungido y mandado.*

Ipsiquoque Catholicis Regibus vita jam functis, ↑ & invictissimo Caesare, ac Rege nostro Caroli V. Regni habenas suscipiente, Licentiatius de Figueroa ad easdem insulas missus fuit anno 1518. eique peculiariter injunctum, sicuti refert idem Herrera decad. 2. lib. 3. cap. 8. ut quoniam diversis opinionibus agiturum erat, utrum Indis, si in sua libertate, & arbitrio relinquerentur, Fidei suscipienda, & retinenda capaces essent? ipse super hoc vocatis in consilium prudentibus, & integrioribus eorum insularum viris, mature deliberaret: *Teniendo sobre todo respeto á que los Indios fuesen Christianos para la salvacion de sus almas, y para que pudiesen aprender á vivir como hombres de razon, sin darse á vicijs, y malas costumbres, y la holgazanía que usaban, y fuesen mantenidos en justicia, sin recibir daños ni opresiones*

mes. Para lo qual procurase de formar las mejores ordenes que pudiese, aprovechandose de las ordenanzas para esto dadas por el Rey Católico, acrecentandolas y disminuyendolas como le pareciese, y haciendo otras de nuevo, con lo que mas provechoso pareciese para la intencion que se llevaba, poniendo penas á los transgressores, y dando salarios á los executores dellas de la hacienda Real.

Et postmodum anno 1523. ut ipse quoque 32 Herrera recenset decad. 3. lib. 5. cap. 1. ↑ cum Ferdinandus Costesius Mexicani Imperii, quod detexerat, & gentium, rerumque in illo repertarum eundem Imperatorem Carolum V. certiorum suis nuntiis, & literis reddidisset, hoc responsum accepit:

Que sobre todas cosas havia bolgado su Magestad del descubrimiento de la Nueva España, y havia dado gracias á Dios por haber entendido, que aquellos Indios eran mas hábiles y capaces que los demás, hasta entonces descubiertos, para ser instruidos en la santa Fé como Christianos para salvarse, que era su principal intencion; y que pues todos estaban obligados á los ayudar, y trabajar en este proposito, le encargaba quanto podia, que tuviese especial cuidado con la conversion y doctrina dellos, y que con todas sus fuerzas, puestas todos intereses, trabajase quanto en el mundo fuese posible, como se convirtiesen á nuestra santa Fé Católica, para que viviesen como Christianos, y se salvasen, procurando reducir, é instruir primero á sus señores y Caciques, y ponerles en buenas costumbres, y toda orden de vivir, y desterrando sus vicijs, idolatrias, y sacrificios, y darles buen exemplo; y que fuesen acariciados, y bien tratados, para que tuviesen amistad y contratacion con los Castellanos, defendiendo, y castigando severa y rigurosamente á los que sin orden y causa justa les enoysasen, hiciesen guerras, ó malos tratamientos, ó les tomasen con violencia cosa alguna contra su voluntad, sino con limpia, y libre contratacion y rescate, que era la paga, porque este era el mejor camino para traerlos al conocimiento de la santa Fé Católica, que era el principal fin que se pretendia, y mas segura cosa convertir ciento por esta via, que cien mil por otra. Y que en caso que por este camino no quisiesen obedecer, sin que se les hiciese de hacer guerra: esta por ningun caso se les hiciese, sino es siendo ellos los agresores, y habiendole hecho daño á los Christianos. Y que aun quando los Indios huviesen cometido algun exceso, todavía antes de romper con ellos, se le hiciesen primero los requerimientos que estaban ordenados, &c.

33 Quem ↑ ardentem Fidei & Religionis Christianae suaviter, & pacificè inter eosdem Indos praedicandæ, & propagandæ zelum, & indesinentem Regum nostrorum curam in illis instruendis, defendendis, & bene tractandis, non minus efficaciter exprimit aliæ instructiones, ordinaciones, & schedulae annis subsequentibus diversis Ducibus, Conquistatoribus, & Gubernatoribus datae que estant apud eundem Herreram, d. decad. 1. lib. 6. capitul. 1. decad. 3. lib. 9. capitul. 2. & lib. 10. c. 9. & 10. & decad. 4. lib. 1. c. 8. & lib. 2. c. 3. & lib. 4. c. 10. & lib. 6. c. 11. & alibi passim, & in 4. tom. schedularum impressarum, pag. 221. & multis sequentibus, de quibus aliqua diximus supra lib. 2. c. 17. n. 59. & c. 18. ex n. 15.

Tom. I. de Ind. jur.

Sed omitti non potest ↑ notabilis quedam schedula Piissimi ac prudentissimi Regis nostri Philippi II. Ullispone 27. Maii anno 1582. ad Archiepiscopum Limanum scripta, in qua damna, & vexationes Indis illatas graviter recenset, & dolet, quariturque, quod ea, quae ad hoc tollendum, & puniendum statuta fuerant, ut oportebat, servata non fuerint, sic iniquis:

Y porque havienlose proveido tan cumplidamente lo que ha parecido convenir al bien espiritual y temporal, y conversion de los dichos Indios, teniendo tanto cuidado de procurar que fuesen doctrinados, é instruidos en las cosas de nuestra santa Fé Católica, mantenidos en justicia, y amparados en su libertad como subditos y vasallos nuestros, entendiamos que nuestros ministros cumplieran lo que les haviamos ordenado; y de no haverlo hecho ni cumplido, y llegado á estado de tanta miseria y trabajos, nos ha dolido como es razon. Y fuera justo que Vos, y vuestros antecessores, como buenos y cuidadosos pastores, huvierades mirado por vuestras ovejas, solicitando el cumplimiento de lo que en su favor está proveido, ó dandonos aviso de los excesos que huviese, para que los mandásemos remediar y se cumpliese nuestra voluntad, que es de que estos pobres gocen de descanso y quietud, y conozcan á nuestro Señor, para que mediante su divina gracia, y la predicacion del santo Evangelio, puedan salvarse, &c.

Extant ↑ quoque alia schedulae 5. & ult. Decemb. ann. 1608. ad Excellentiss. Proregem Marchionem Montisclearium directæ, quibus serio deciditur: *Item, ha parecido ordenar, como lo hago, que si estos Indios no son rebeldes ó enemigos de los vasallos míos, ó concurrieren en esta conquista otros de los titulos que lo pueden justificar, no se intente por fuerza de armas, sino por medio de Religiosos, y predicacion del Evangelio, ni se consientan malos en las provincias de Indios, que aun no se huvieren levantado; sino aquellos míos, ó infestaren los confines, y vasallos míos; y que si á estos quisieren los Religiosos entrar á convertirlos, no lleven consigo soldados, aunque las instrucciones antiguas lo permitan, por haver mostrado la experiencia que los soldados no se contentan con atender á la defensa de los Predicadores, sino que excediendo de los limites de las instrucciones, hacen siempre grandes violencias, vexaciones, y demasias á los naturales.*

Que omnia attendentes, & pio, quo decet, affectu considerantes merito ↑ Reges nostros Catholicos, hac in parte non solum excusant, verum etiam laudant, sanctasque, & providas eorum leges, ac ordinationes commendant Joseph. Acosta lib. 2. de procur. Ind. salut. c. 7. & l. 3. cap. 5. vers. *Ad quas accedit, & cap. 15. ubi inquit, semper Indos omnes Regiū legibus liberos esse, & suis rebus liberè uti declaratum fuisse, & ut neque nostri milites aggredierentur non accessit ad vexandos, cædendosve Barbaros, neque illos undecumque captos servitè compellerent, gravissimis poenis propositis, qui contrafium fecissent: ita ut quae Indis incommoda acciderunt, hominum magis nequitiae, quam administrationis vitio referenda sint: Quamvis ↑ enim (inquit) rectè, & sapienter constituta Respublica, quamvis aequi legibus temperata, facile*

Est

in-

improbiorum temeritate violatur, cum sit nihil, quod non humana perveritas, si relinquatur, sibi convertat in pejus.

Frat. August. Davila in dict. historia Mexic. lib. 1. cap. 8. pagin. 35. ubi inquit leges justissimas, & sanctissimas fuisse que tamen ab improbis, & militaribus hominibus male acciperentur & exequerentur.

Joan. Boter. ubi sup. pag. 59. & sequentibus, ubi f. idem tradens; damna omnia, & excessus insolentie & avaritie militum tribuit: Cbee di natura sua smisurato, irrationale, & inhumana, & dispiciata, & eruda: non la tengono a freno le legi humane, non le divine, non la tema de la morte, non dell' inferno: Hor che fara ella ne gli animi de soldati, alla cui discretione siano rimessi populi imbelli, & di nuno potere? Non e sfera al mondo piu indomita, e piu crudele, che il soldato, hor che fara egli: ove lungi dal suo Principe, si vegga padrone, & signor di ogni cosa.

Emnant. Roder. dict. quest. 99. art. 4. t. ubi ait, praedictis damnis, & oppressionibus indesinenti cura Regum nostrorum, & supremi Consilii Indiarum semper obviam itum fuisse: In quo illustrissimo Senatu id Christianissime tractatur, & media ad eas oppressionibus extirpandas summa consultatione adhibita ordinantur; t. que si in illis tam remotis partibus non omnino executioni mandantur, non est mirandum, cum multa in his Hispaniarum partibus contra justitiam, contra expressam Regis, & sui supremi Senatus voluntatem moliantur, ratione quorum non possumus Catholicum, & Christianissimum Regem nostrum, nec ejus supremum Senatum arguere de peccato.

Idem non minus disertè ostendit, & fatetur Fr. Joan. a Torquemada in Monarch. Ind. lib. 1. c. 14. & l. 17. c. 19. & Hieron. Benzo. ejusque additionator, quamvis partum nostris rebus affecti, l. 4. hist. Ind. c. 17. & 18. in 4. p. America ex p. 78. & iterum Joseph. Acosta, dict. l. 3. c. 4. p. 290. causam hujus inobedientiae distantiae locorum attribuens. Nam cum remotissime (inquit) regiones ha sint, caputque hujus universae Reipublicae, sive Regiam, sive Pontificiam, Majestatem spectes, longissime distitum, licentia, ac libidini Praefectorum campus late patens ostenditur, ut quidque collibeat, licere sibi etiam opinentur. Quod enim longe distat, quasi nihil ad se pertinet, facile temeritas humana contemnit. Hinc seditiosa consilia, tum multa etiam, atque adeo totius Reipublicae perturbatio: remedium vero oppido serum, atque incertum. Itaque ut medici pulmonum, si agrotare coeperint, curandorum perdifficilem esse rationem docent, quod ad traducendum eo usque medicamentum longa, & valde clausa via sit per stomachum, ut pharmacois jam debilitata perveniat, aut ne perveniat quidem, ita plane longinquitas suprema potentiae, atque auctoritatis hujus Reipublicae agritudini levanda remedia opportuna vix plerumque expectare permittit. Quamobrem quicquid in rebus Indiciis a Praefectis peccatur, sine emendatione peccabitur, &c.

Et conducut verba Pet. Maffaei, lib. 12. hist. Ind. Orient. circa finem, pag. 303. t. ubi pari ratione sanctas quoque leges a Lusitanis Regibus pro Indis Orientalibus latas, similiter elusas fuisse, sic inquit: Ceterum salutaria Principis mandata, itemque Praetoris edicta non quantum par-

fuerat ponderis habere observata, & exhausta ferme facillima quaque, reliqua partim quod privati obtarent commodis, baud equi animo accepta: partim nondum maturis ad agendum rebus in aliud tempus dilata.

Quod valde mirandum non est primis illius temporibus, in his regionibus, nullam adhuc certam Reipublicae formam habentibus, & inter homines militares, bellis, saevitia & avaritia ut plurimum deditos, accidisse. Nam bella t. semper plures calamitates, injurias, & damna produciunt, & t. milites vix pii, & clementes esse possunt, ut late, & eleganter, praeter alios, ostendit Marc. Tull. in Orat. pro lege Manilia, Ulpian. in l. ex conducto 15. §. si vis, ff. locati, l. illicitas, §. ne tenuis, ff. de offic. Praesid. l. 2. l. cum affinitibus 5. C. de metat. & epidem. lib. 12. Justin. in Novella 130. de trans. milit. D. Agustin. lib. 19. de Civit. Dei, c. 7. Erasm. in adagio Dulce bellum in expertis, & in pacis querimonia, Menchac. lib. 1. quest. illust. c. 10. Pet. Gregor. lib. 11. de Repub. cap. 1. num. 5. Revard. lib. 3. conjectan. cap. 6. Rædolph. Fornet. lib. 1. rer. quotid. cap. 21. Andreas Gail. de pace publ. libro 1. cap. 4. ex num. 34. Pet. Faber. lib. 3. Semest. cap. 13. pag. 178. Rutil Benzon. de anno Jubil. lib. 5. cap. 10. pag. 532. Simon. Majol. in lib. Canicul. tom. 3. collog. 2. de bellorum eventibus ferè per totum, Thom. Bocius de sign. Eccles. Dei, lib. 2. cap. 9. Pet. Andr. Canonher. in Apphorism. Polit. Hippocr. lib. 1. p. 515. & seqq. Marquez in Gubernat. Christ. lib. 2. cap. 14. & 31. Theat. vitæ humanae, vol. 7. l. 4. pag. 1925. Bobadilla, qui plurimos refert, in Polit. lib. 1. cap. 10. num. 84. & lib. 4. cap. 1. num. 10. cum seq. Cardin. Tusch. verb. Bellum mala multa operatur, conclus. 38.

Inter qua, illud maximum est, t. ut leges in-44 ter arma non exaudiantur, neque modus servetur, & ut ipse Princeps, qui bellum cepit, saepe ab ejus injuriis milites suos cohibere non possit, ut praclare canit Lucaeus d. lib. 3. Pharsal. supra relatus, & lib. 10. dum ait:

Nulla fides, pietasque viris, qui castra sequuntur. Venaleque manus, ibi fax ubi plurima merces Seneca in Hercule furore tragued. 1. Arma t. non servant modum, Nec temperari facile, nec reprimi potest. Sriculus entis ira, bella delectat cruor.

Sallust. Jugurth. Omne t. bellum sumitur facile, ceterum agerrime desinit, nec cujus potestate initium, ejus & finis est Eleganter Casiodor. lib. 1. variat. epist. 12. in fine, Militaribus officiis assueti, civilitatem premere dicuntur armati, & ob justitiae parere despicunt, quoniam ad bella Martia temper intendunt, Deum nescio quo pacto assidue dimittentibus difficile est morum custodiri mensuram. Tradunt alia auctores supra relati, & Menoch. de arbit. casu 95. num. 28. Joan. Garcia de nobilit. glos. 2. num. 4. & 7. Hieron. Cevallos, praef. comm. tom. 4. quest. 906. num. 6, & 166. & plenus omnibus t. Michael Hospitalis lib. 5. suarum Poet. epist. in epist. ad Carolum Cardinal. Lotharenum, ubi inter alia sic ait:

Nemo unquam bello melior sit, sive secunda, Sive mala infelix commiserit. aliae pugnam, Bella

Bella docent homines peccare, metumque Deorum Excitant, panas, infernaque Tartara rident. Hi quorum Solis fiducia nititur aranis Proposita esse bonis in calo praemia rident, Tollent metum legum, rigidi legumque ministri Emicant, nullo retinetur talia pudore, Imbellem timidumque valentior exiit armis Et vita, nonaque &c.

Et semper t. victoribus calcatos, & imbelles, ac timidos a potentioribus spoliatos, multis aliis Sacrae Scripturae, & bonorum Auctorum testimoniis comprobatur Gaspar Sanct. in Isalam c. 51. num. 71. & cap. 63. num. 13. Et vel ipsorum Romanorum exemplo satis ostendi potest, t. quibus licet militaris disciplina magna cura fuerit, & filiorum caritate antiquior, atque potentior, t. postlim. 19. S. filius, ff. de captivis & postlim. reverts. Valer. Maxim. lib. 2. cap. 6. Quintilian. in milite Marian. Veget. lib. 1. de re milit. junctis aliis, quae doctè & copiose congerit Petr. Faber. lib. 1. Semest. c. 19. pag. 127. & Balthas. Ayala de jure, & officio belli, lib. 3. cap. 1. Adhuc tamen t. eo lascivia & petulantiae procedebant, ut non solum hostibus, verum neque sociis, & confederatis parcerent, ut tradit Procop. lib. 3. de bello Goth. his verbis t. Romani exercitus Principes, & simul milites ipsi res subditorum diripere, contumeliosi, & sceleribus nihil reliquum facere, adamastque habere praedicti firmatas, laxi, ac temulantiae operam dare. Sed milites ipsi, quum se praefectis inobedientes, contumacesque exhiberent, in omnem absurditatis, & flagitii speciem incidebant, &c. De quo etiam multum dolet, & queritur Salvianus lib. 4. & 7. de providen. alia congens Bern. Aldrete lib. 4. de antiquit. Hispan. cap. 28. Eoque alludens t. Juvenal Satyr. 8. inquit:

Curandum imprimis, ne magna injuria fiat. Fortibus, & miseris tollas licet omne quod usquam est. Auri, atque argenti.

Et t. Ludovicus XII. Galliae Rex, ut ejus annales referunt, dicere solebat, plebem, & rusticos esse pasua tyrannorum, & militum: tyrannos autem, & milites pasua esse diabolorum t. Et Ferdinandus Davalos Piscariae Marchio, ut refert Paul. Jovius in ejus vita lib. 2. Nihil iis, qui in bello versarentur esse difficilius, quam Martem simul & Christum parti disciplina coluisse, quando mos bellicus in hac corruptela militiae, a justitia & religione penitus aversus esse videretur.

Ultra quae, notare etiam possumus, t. quod etsi Duce ac milites a nostris Regibus missi, diligeret & exactè traditum sibi ordinem servare voluissent, ubi tamen ad has provincias pervenerant, multa sese illis offerrebat, quae vel omnino ab incepto desistere suaderent, vel aliquid amplius audere, quam in mandatis accepissent. Nam aliquando Indorum feritas, & barbaries, domanda prius, & ad politicam, ac sociabilem vivendi formam reducenda videbatur, ut sic postea cum illis de Fidei, & Religionis negotiis serio, & utiliter agi posse. Interdum etiam alii, nostros ad eos quietis, pias & tranquillis animis accedentes, ad hospitium, & commercium, vel ad Fidei legationem, & praedicationem exponendani, admittere recusabant, saepe quoque ad-

missos, & initio benevolè exceptos, postea sive justa causa per insidias adorabantur. Quae omnia, omni jure inspecto, ut in superioribus late probavimus, legitimum bellandi occasionem Hispanis Ducibus ac militibus praestare potuerunt. Et pariter efficiunt, t. ut minus notandi, & suggillandi videantur, ut teigimus supra lib. 2. cap. 16. n. 46. & sequentibus, & expressè observat Joseph Acosta in hist. moral. Ind. l. 7. c. 27. in fine, Joan. Boter. in d. relat. univers. 4. part. l. 3. ex pag. 65. & eleganter Thom. Bocius l. 7. de sign. Eccl. cap. 5. in fine, & lib. 10. cap. 13. vers. Hinc legimus quem novissimè refert & sequitur Calixt. Rejmir. in tract. de leg. Reg. Aragon. §. 32. num. 6. ubi scriptum t. reliquit: Mirram non fuisse, si cum bellis istis humana effugie contectis Hispani interdum asperius egerint Bellenis namque factis bellas omnes superabant. Nam quae bestia sui generis bestias devorant, ut illa mutua sese comedere alunt: quae bestia filios suos alunt, ut pinguiores, & adultiores effecti, sint parentibus (horrendum dictu!) pro cibo: Quo circa ut aliqui Hispani fuerit aliquando in illas crudelis, tanta certe quidem immanitas erat illorum populorum, ut ad humanae naturae studia revocari nullo modo possent, nisi edita fuissent in illis exempla illustrissima suppliciorum atrocissimorum: quae tamen Episcopi, Religiosique nostri cohibuerunt. Non bene igitur quidam scriptores invehuntur in Hispanos, quod ad fuerint diri in aliquos Indos haud negandum, vix tamen erat, ut aliter fieri posset. Peccatum est ad aliquo: non totius est nationis id crimen, &c.

Idem tradit Petr. Martyr in decad. Novi Orbis, decad. 1. ubi refert, t. saepe inter Christophorum Columbum, & Frat. Brullam Catalanum, Monachum Benedictinum, quem Praesulis Ecclesiastici nomine, ac potestate Alexand. VI. Papa ad Indias misit, contentiones honestas exoriri, quod Bullus nimirum contendebat, ne in gentes illas a hostris aliquo modo saeviret: Columbus autem, & alii, multoties convenire, ut supplicia de illis sumerentur, asseverarent. Antonius quoque de Herrera in histor. gener. Ind. decad. 4. lib. 8. cap. 11. Rationes militum ac priorum t. Orbis hujus conquistorum commemorat, quibus subactionem Indorum excusabant, & defendebant.

Sed praestat, ut t. Theodori de Bry verba subjiciamus, qui in epistola quadam, quam historiae Hieronymi Benzoni praefixit in quarta parte historiae America, etsi Hispanorum avaritiam, & saevitiam adversus Indos, multasque inter se caedes damnet, & ploret, postea ita concludit: Varruntamen ne qui in Hispaniae genti ignominiam trahat, expandat unquam quid ab aliis aliarum nationum hominibus fiat. An non similia quaedam a nobis perpetrantur? Frumentum, & vinum coemimus, & in cellas ac horrea convehimus, ut pauperes tempore famis, aut avaritia abrepti quotidie ruimus, nec modus est altus, aut finis nostrae cupiditati, & crudelitati. Ne simus ergo tam praecipites in damnandi Hispanis, quin prius

nos ipsos serio examinaverimus, non ipsis meliores simus? Multos enim inter Hispanos novi viros probos, & probos, non minus quam in ulla alia gente, quod absque ullius prejudicio dictum sit. Si qua seorsus crudeliter, avaro, & inique gesta sunt ab Hispanis in India, ea genti imputanda non sunt, sed potius militari licentia, qua in aliis gentibus non minus essetata comperitur. Quis enim ignorat, quam multa crudeliter patrata sint, atque etiam non hoste parentur a militibus Gallis, Germanis, Italis, & aliis omnibus ferè expeditionibus ac bellis? Quis tamen æquus judex hæc toti genti imputabit? &c.

His accedit, quod licet verum sit, plures Indos bellorum occasione, & aliorum Hispanorum savitia, atque avaritia consumptos esse; & plerumque tamen ex his, qui hodie in variis insulis, & provinciis, vel omnino, vel ex magna parte desiderantur, quarum ingentem vastationem ita dolent, & exaggerant Episcopus Chiapensis, & alii ex supra relatis, non Hispanorum causa, sed variis, & pestiferis morbis ingruentibus, perierunt, necnon etiam terræ moribus, quinimo & propriis vitiis, & præsertim ebrietatis, & herbæ Coca, usu, cui supra modum dediti sunt, ut latius recenset Petr. Cieza 2. tom. rerum Ind. c. 29. Joannes Boter. di. 4. part. lib. 3. pag. 99. & seqq. Joseph. Acosta in histor. natur. & moral. Ind. lib. 3. cap. 21. Fr. August. Davila in histor. Mexicana, lib. 1. cap. 33. & cap. 39. Fr. Joann. à Torquemada in Monarch. Indian. lib. 5. cap. 22. & Theatrum Vitæ humane, vol. 2. lib. 4. pag. 339. Ubi specialiter referunt, qualiter plurimi Indi Peruanii variolarum morbo miserimè perierint, & in Nova Hispania anno 1545. lue quadam contagiosa Indorum millia defecissent; Anno 1576. alteram contagionem exortam, qua sola duos Indorum milliones absorpsit, id est, bis decem centena millia. Quibus calamitatibus Deus alias quotidie clades occultis suis iudiciis in eorumdem Indorum perniciem videtur adijcere, ita ut plures pii, & religiosi viri eos in totum brevi absorbendo esse, præsumptasse dicantur, ut referunt Avila, & Acosta, ubi supra. Maxime cum experiendo compererint, nihil in eorum salutem, & utilitatem curari, aut statui, quod eisdem majus dampnum ac detrimentum non generet.

Unde vindictis Dei iram magis quam Hispanorum savitiam in istorum Barbarorum diminutione, & intereptione supra dicti Auctores agnoscunt, fortè propter ipsorum ingentia scelera, & antiquam idololatram, & ut in simili excidio, & eversione urbis Romæ, & Romanorum, qua sub Alarico contigit, considerant Socrat. lib. 7. histor. Eccles. cap. 10. Niesphor. lib. 13. cap. 35. & Sozomenus, lib. 9. cap. 6. qui ita scribit: Cordatis verò hæc ob indignationem Dei Romanis evenire videbantur, ad eorum penam, qua ipsi quondam præ nimia protervia, ac petulantia in ipsos, & pauperes inique deliquissent. Fertur itaque probus aliquis Monachus ex his, qui in Italia erant, Romam cum festinatione profectus, Alarico consulisse, ut urbi parceret, nec se tantorum malorum auctorem constitueret. Cui Alaricus respondisse dicitur, se non volentem hoc tentare, sed esse quemdam qui se obtundendo urgeat, ac præcipiat, ut Romam evertat, quod ille tandem fecit. Et di-

ximus alia supra lib. 2. cap. 13. num. 52. & 63. Tertio, & tandem calumniantes insistant, & 70 justitiam acquisitionis, & retentionis hujus Novi Orbis eâ adhuc argumentatione convellunt, quod etiam si Indi mali, & tyranni fuissent, non poruerunt, nec dubitaverunt ab Hispanis puniri & spoliari, cum certum sit, quod etiam si à 71 prædone rem alterius aliquid capiat, non ideo magis justum ejus titulum capiens acquirere possit, juxta text. in l. qui re, §. si quis alteri, ff. de furtis. l. navigia, l. in civile, Cod. eod. l. superemp. Cod. de evictio. leg. si mancipia, Cod. de rei vind. & in nostris terminis advertit Joseph. Acosta lib. 3. de procur. Indor. salute, cap. Neque 72 titulum concessionis, sive confirmationis Romani Pontificis aliquid processo contendunt: ejus enim auctoritatem in dubium vocare nituntur de quo late egimus supra lib. 2. ex cap. 22. ad 25. & ut aliquam esse concedant, & ab excessibus, & 73 peccatis excusare non posse inquit, que Hispani contra ipsius Pontificis mentem, & intentionem in ejusdem Orbis debellacione, & subactione patrarunt, argumento eorum, que late notant Innoc. & Abb. num. 3. in cap. inquisitioni de sentent. excom. Marta de jurisd. 3. part. cap. 8. num. 31. & 32.

Rursus neque finem bonum prædicationis, 74 & conversionis Indorum admittunt, quia finis bonus solus non facit actum esse bonum, aut legitimum, si per modum illicitum fiat, ut exemplo Medici, qui agro sanitatem conferre tentat per maleficium, aut fornicationem, ut bene ostendit Martin. Delr. in disq. mag. lib. 4. cap. 4. quest. 5. sect. 2. pag. 333. Et si peccare quis potest faciendo bona intentione etiam rem licitam, que sibi non competat, ut similiter docet, & probat idem Delr. ubi supra, pag. 335. & lib. 3. part. 2. quest. 4. sect. 8. pag. 241. Vel ubi in modo excedenda rei sibi competentis & permissæ excedere reperitur. Unde dicitur, excessum 76 puniri etiam si alius factum esse licitum, & permissum, ut notant DD. in l. ab excoctore, Cod. quorum appellat. & plures alii, quos refert Cevallos præf. commun. tom. 4. quest. 1. alias 807. num. 928. & seqq. & Calist. Ramirez in tract. de lege Regia Aragon. §. 20. num. 65.

Denique minus probant, quod Reges nostri culpæ, & excessus, qui in his regionibus conquiritis interveniunt Ducum, & militum vitio, & cupiditati tribuere velint, quoniam is facere videtur, qui jubet, etiam si mandatarius excedat, & ad restitutionem damnorum tenetur, que inde fuerint subsequuta, c. qui per aliam 72. de regul. jur. in 6. ubi Pet. Pecc. plura narravit, leg. si quis ad id quod l. si familia, ff. de jurisd. omni. jud. l. 1. §. defecisse, ff. de vi. & vi. omni. 4. 1. & per tot. si familia furt. fecisse dicitur, c. mulieres, de sent. excom. nuic. cap. fin. de homicid. Nam licet aliis & eventus causæ tribui soleat 78 causæ proximæ & immediatæ, l. si mulier, ff. de her. amotar. hoc tamen locum non habet, quando causa illa immediata ex prima dependet, que ipsam inducit, ut late prosequitur Tiraquel. in tractat. cessant. causa, limit. 10. Hippolyt. de Martiliis. cons. 607. Pech. ubi supra num. 13. Et ita actum non tribui exequenti, sed ordinanti 79 merito docet. Cons. in l. item eorum, §. si Decu-

ritones, ff. quod cuiusque univers. cap. cum aliquibus de rescript. lib. 6. cum notatis à Petr. Surdo in tract. de aliment. tit. 8. privi. 59. num. 88.

Quinimo, & etiam citra mandatum, dominum teneri de facto famolorum, & officialium suorum, qui in officio delinquerunt, cui à domino prepositi sunt, quæ eorum conditionem explorare debuit, aperte ostendit text. in l. ult. §. servorum ff. nautæ coupon, l. ne quid, ubi Bart. Bald. & alii ff. de incend. ruin. naufr. l. 1. §. familia, ff. de publican. & veltigal. l. si servus, §. si fornicarius, & §. Proculus, ff. ad leg. Aquil. l. inulam, §. ult. ff. locati, cum multis aliis que late in variis causis adducunt, & expendunt Calcan. cons. 40. col. 2. Annan. cons. 71. n. 3. Gozandin. cons. 63. n. 14. & seqq. Roland. cons. 95. n. 11. & seqq. vol. 2. Carvita casus. crim. divers. cons. 116. lib. 2. Joseph. Lud. decis. Perus. 25. n. 18. Farinac. cons. crim. 63. n. 1. & in præf. crim. 1. tom. q. 24. num. 49. & seqq. Ferdin. Rebell. in l. pronuntiatio, §. servientium, num. 34. ff. de oblig. justit. lib. 2. quest. 11. & quest. 14. sect. 4. n. 42. ubi quod magnates non excusantur à restitutione, cum famuli, eorum potentia fidentes, damnâ inferunt Menoch. de arbit. casu 390. n. 19. & cons. 53. num. 2. & seqq. & cons. 1105. num. 2. & 1188. num. 15. & 1194. num. 4. & 33. Ubi addit, quod damni occasionem dans, etiam ex levissima causa tenetur ad dampnum Felin. in cap. Petrus. n. 7. de homicid. Aleci. in l. pronuntiatio, §. servientium, num. 34. ff. de oblig. justit. & de præsumpt. reg. 1. præsumpt. 40. num. 4. Fr. Eman. Roder. in summa, quest. 425. num. 81. fol. 121. Ubi quod dominus habens servos, vel ministros viles, tenetur ex delicto eorum, nec potest allegare propriam ignorantiam Cardm. Tuschi. præf. concl. jur. verb. Damnum, conclus. 7. 8. & 15. Ubi quod dampnum debet refici ab illis quorum contemplatione causatur Stephan. Gratian. discept. forens. part. 4. cap. 625. & Mag. Lorca in 2. 2. sect. 7. de putat. 55. ex num. 1. ubi tractat, que obligationes oriuntur ex bello imprudenter illato. Et in eo, qui tractum habuit, ut perinde sit, ac si ipse fecisset, tam in contractibus, quam in delictis, l. 1. §. quoties, ff. de vi, & vi armat. Glos. in di. cap. mulieres; plenissime Salicet. in l. non idem, Cod. mandati: & Pech. in di. cap. qui facit, ampliat. 11. & in cap. ratihabitio de reg. jur. in 6.

Quibus addere possumus, quæ multum in terminis, & copiose more suo persequitur Tiraquel. in tractat. de nobilit. cap. 37. num. 134. docens; nobiles, & qui in satellitium, & famulitium suum scarios, lenones, ceterosque id genus admittunt, aut retinent, et eorum delictis arbitrari iudicis plerumque esse. Præsumunt enim eorum conditionem notam habuisse. Unde & resolvit Chasan. ad consuet. Burgund. rubr. 1. §. 6. in verb. En mesusage, num. 2. reficiendum esse à Magistro militum, si damni aliquid milites prædici dederint, citaque in di. l. 2. Cod. de parcos pub. lib. 2. Et hoc ita ex facto, celebri Galilia Arresto, pronuntiatum fuisse, tradit Anton. Mornac. in notis, sive observat. ad Pandect. ad di. l. si familia, ff. de jurisd. omni. jud. Nimirum, quia Principes, & Magistri militum eos punire, & graviter coercere debent, qui sine ipsorum licentia bellum inferunt, vel in terris pro-

priis, aut alienis hostiliter grassantur: & cum hoc 90 crimen læsæ Majestatis committant, l. 3. ff. ad leg. Jul. Majest. l. si alium, §. est & alia, ff. quod vi aut clam, l. Papinianus, §. rei perductionis, ff. de acquir. hered. l. furem, ff. ad l. Cornel. de sicar. l. 1. Cod. ut armor. usus ubi DD. & in l. ex hoc jure, ff. de justit. & jure: Bartol. in l. hostes, ff. de captivis: Innocent. in cap. olim, el. 1. de restit. spol. & in cap. sicut de jur. jurand. & Otrad. Andreas de Isernia, Afflicis, & alii, quos refert, & sequitur Marta de jurisd. 1. part. cap. 39. num. 14. & seqq.

Verum autem vero, & ab his quoque argumen- 91 tis, & sophismatibus, facile Regibus nostrorum justitiam, & majestatem liberum, si prout sæpè fecimus, piam, & exactam illorum curam in Indis convertendis, & idoneis mediis, ac ministris ad id deligendis, consideraverimus, & concessioni Pontificiæ, & aliis titulis, sigillatim à nobis in tota hac tractatione perpensis, eam vim, quam habent, tribuimus. Non enim solo occupationis jure nituntur, ut argumentum videtur supponere; neque dici possunt injunctum sibi à Sede Apostolica prædicationis munus pro virili non adimplese, cum tot, ac tales progressus Christiana Religio in his regionibus fecerit, quot, ac quales supra, multis etiam in locis post gravissimos Auctores enumeravimus, & quotidiana præsentia, & experientia cognoscimus. Quod ubi consequutum est, & rectus ac sanctus finis, 92 qui intendebatur ad effectum productus, parum ejus justitiæ, & utilitati officit, quod aliquid per militarem lasciviam, avaritiam, aut petulantiam in ejus initiis, aut mediis disponendis, vel exequendis excessum sit; licet non negemus excedentes peccasse, ut auctoritates in argumento relaxatæ concludunt. Principia tamen in omni negotio 93 longe semper à perfectione abfuerunt, nec ullas consummata potest esse, dum incipit, ut bene inquit Pet. Faber. lib. 1. Semest. cap. 16. in princ. & ante eum Cassiodor. lib. 2. var. epist. 3. dum ait: Solent enim initia portendere meliora, dum à parvis inchoant, que in sequentibus magna se admiratione sublimant.

Et quavis regulariter incrementa habere 94 non possint, que illicitè coeperint, sed statim cum sua prava emulacione deficiant, cap. Novatianus 8. quest. 1. sæpè tamen contingit, & ut si 95 sinistra principia ad felices perveniant exitus, ut Jacob. Genes. 27. per supplantationem pervenit ad benedictionem, ut seges, qua leprosa manu seritur, munda tamen metitur, ut ex adulterio concubitu pulchra soboles nascitur, que sunt exempla, text. in cap. nunquam 241. quest. 1. Et si deformitas operis non attenditur, quando fuit 96 recta intentio, & finis operantis, ut docet Rebell. de obligat. just. lib. 3. quest. 19. sect. 3. Quia 17 finis facti consideratur potius, quam modus ducens ad finem; & ut vulgo dici solet, ubi habemus effectum, non multum curamus de modo, l. queritur, ff. de bon. libert. l. fin. C. mand. l. si mater 3. ubi Bald. C. de instit. & substit. l. continuus, §. cum ita, ff. de verb. obligat. idem Bald. in l. si advocator, n. 14. ff. de adopt. Tusch. præf. conclus. verb. Effectus, conclus. 51. & Joann. Baptista Valenzuela, cons. 85. num. 18. Nam ut ait Prob. in addit. ad Monarchi in cap. cum in ali-

quibus, num. 15. de rescript. in 6. post Bald. in l. 98. eam quam, circa princ. C. de fideicom. f. omne agens agit propter finem, & finis dicitur causa causarum, & ab eo denominantur omnia; quod sequuntur plurimi alii relati per Tiraq. de retract. lignag. §. 1. gloss. 7. num. 45. & Molina de Hispan. primog. lib. 1. cap. 5. num. 15. ubi inquit, hoc esse, quod Philosophi dicere solent in omnibus rebus agendis finem principium esse.

99 Maxime, f. quia in dictis principiis, & mediis, ut sæpe etiam diximus, & probavimus, multa recte, & salubriter non solum instituta, sed operata sunt, & plures vici pii, & religiosi Apostolicam prædicandi formam tenuerunt, & suis virtutibus, miraculis, & martyriis hunc Novum Orbem illuminarunt. Unde f. interventio aliorum, qui aliter se habuerunt, nocere non debet. Nam f. & ministri Dei esse solent, etiam qui mali sunt, ut pluribus probat Gaspar Sanct. sup. Isai. c. 10. num. 3. Et semper f. causa justior, & potentior prævalet, inspicendaque est, l. si quis neque causam, cum ibi notatis, ff. si cert. pet. Bald. in l. reor, col. 5. C. de accusat. Joan. Cephal. consil. 141. num. 5. vol. 1. Ripa in l. ex facto, num. 14. ff. de vulgar. Joan. Gutier. lib. 3. præf. q. 1. n. 11. & Molin. de pact. nuptial. lib. 1. cap. 15. num. 40.

Et quando f. causa, quæ prodesse potest, committitur cum ea, quæ potest nocere, illa attendi debet, non hæc, maxime ubi utilior & favorabilior est, l. 3. si quis palam. ff. de jure fisci, l. multum interest; ubi Jas. notab. 2. ff. de verb. obligat. l. 2. si a pupillo, ff. de usucap. pro empt. Idem Jas. num. 3. Aretin. & Dec. num. 11. in l. si Rufinus, Cod. de testament. Bartol. in Extravag. ad reprimendum, verb. Non obstantibus: Bald. in l. hac consultissima, in princip. num. 1. versic. in contrarium, C. de testam. cum aliis, quæ notat Joan. Garc. in tractat. de nobilit. gloss. 12. n. 42. & Valenzuela, cons. 92. num. 222. & sequentibus. Et magis in nostris terminis D. Augustin. epist. 49. quem refert, & explicat Alan. Cop. dialog. 5. cap. 23. pag. 720. ubi docet, f. non esse spectandum, quod fax Christianorum, sed quid perfecti Christiani faciant, sic inquires: Nolite consecrari turbas imperitorum, qui vel in ipsa religione superstitiosi sunt, vel ita libidinibus dediti, ut oblitii sint, quid promiserint, &c. & Joseph. Acosta dict. lib. 3. de procur. Ind. salut. cap. 11. in fine, ubi de ipsorum Indorum commendis loquens, sic ait: Verum vitio hominum non causa hoc fit: Neque verò pravorum perveritas bonis detrahere debet. Quod f. etiam generalius ad reliquarum rerum excessus, & abusus transtulit Seneca, lib. 5. nat. quæst. in fine, dum inquit: Si beneficia nature inventum pravitate perpendimus, nihil non nostro malo accepimus: Nihil inveniunt tam manifesta utilitatis, quod non in contrarium transferat culpa.

105 Neque his quicquam officit, quod de damnis Ducum, & militum nostris Regibus imputandis in eodem argumento præteritur. Nam f. verior, & generalior juris traditio est, dominum regulariter de suorum famulorum delictis, & excessibus non teneri, ut probat text. in l. 1. §. decessisse, & §. quoties, & in l. 3. ff. de vi. & vi arm. l. 1. de eo per quem fact. erit, l. 2. ff. de noxal. actio, & in cap. cum ad Sedem, de nestit. spol. cum mul-

tis aliis, quæ congerit Felinus in cap. Petrus, numer. 2. de homicid. Jason. in leg. 1. in princip. ff. ne quis eum, qui in jus voc. Curtius Junior in l. 1. post num. 13. Cod. de serv. fugit. Afflictis, decis. 82. num. 2. Alciat. de presumpt. regul. 40. num. 2. Curcius senior, consil. 41. col. 1. Franc. Marcus decis. Delphin. 423. num. 11. & sequentibus, & decis. 425. 1. parte: Jul. Clarum, qui de communi testatur in praxi crimin. quæst. 86. versic. Hinc infertur: Farinac. in eadem prax. 1. tom. quæst. 24. num. 48. & Alexand. Ambrosin. decis. Perus. 48. num. 25. 2. part.

107 Et licet f. hoc secundum ipsos, & alios, quos supra retulimus, limitari soleat in dominis, qui delicta mandant, aut rata habent, vel qui ministros viles, aut minus idoneos officii, & negotiis gerendis tam togæ, quam belli præficiunt. Satis f. tamen constat, quantum hoc genus culpæ à Catholicis Regibus nostris semper abfuerit, quibus, ut sæpe diximus, & probavimus, nihil carius, & antiquius fuit quam pias, & opportunas ejusmodi expeditionum leges edicere, idoneos earum executores diligenter inquirere, & flagitiosam transgreredientium petulantiam seyerissime coercere. Cui si aliquando sufficienter, atque efficaciter obviam iri non potuit; id sanè ingenti locorum distantia, militum avaritia, Indorum ruditate, & feritate, & aliis causis tribuendum est, quarum supra meminimus.

109 Unde f. succedit alia non minus certa, & communis Doctorum admonitio, quæ habet, dominum absentem, ignorantem, vel prohibentem nullatenus de suorum famulorum, ministrorum sive officialium delictis teneri, idemque esse, si eis plenè resistere, quamvis cuperet, non valeat, ut constat ex traditis à Felino, Curtio, Senecæ, de Afflict. ubi supra: Glos. in cap. 1. verb. Archidiacon. de offic. Archidiacon. Speculat. in titul. de legat. §. juxta versic. Quid si amicos: Baldo consil. 222. lib. 2. Castrens. in leg. videamus, ff. locati: Decio in l. 3. num. 8. Cod. de pact. Sylvest. in summa, verb. Dominus, num. 7. Calcan. consil. 63. num. 6. Ruin. consil. 121. num. 1. lib. 4. Grammat. decis. 47. num. 1. Anton. Gabriel. conclus. 8. num. 62. lib. 7. Farinac. dict. quæst. 24. ex num. 55. Ambros. dict. decis. 48. num. 26. & in nostra specie probat Joan. Borer. in dict. rescript. univers. 4. part. lib. 3. pag. 59. & sequentibus: Joan. Matienz. in tractat. manuscripto de moderat. Reg. Peru. lib. 1. cap. 2. & 3. ubi se remittit ad ea, quæ latius dixerat in altero tractat. de stylo Cancellar. tit. 1. præminent. 17. casu. 20. declar. 9. & tangit Fr. Emmanuel. Roder. in quæst. regular. 3. tom. quæst. 32. art. 4. vers. Ad contrar. Et in dubio f. semper præsumi dominum ignorare ea, quæ malitiosè, & flagitiosè à suis famulis, vel servis geruntur, docet text. in cap. quia presulatus 12. quæst. 4. Alexand. cons. 145. num. 5. lib. 1. Boer. decis. 277. num. 7. Ripa in tract. de peste, tit. de remedi. ad conservand. libert. num. 131. & Ambrosin. supra num. 25. Et in ipsis nostrorum Indorum terminis novissimus Freltas de justo Imper. Aiat. cap. 12. num. 12. ubi conclusit, quod licet per Ducum, & militum vim, & tyrannidem contra Pontificis, & Regum Hispaniæ mentem, voluntatem, ac ordinationes Ind. bonis suis spoliati fuerint, Regemque His-

paniæ ut superiorem cognoverint; hoc tamen nihil juste ejusdem Regis possessioni, retentioni, & administrationi nocere, ex traditis à Salmeron. tom. 12. tractat. 38. ad fin. Acosta lib. 2. de proc. Ind. salut. cap. 2. ad fin. & cap. 3. & Salon. in 2. 2. quæst. 65. art. 6. & controvers. 1. vers. Denique.

CAPUT VII.

Indos, & reliquos infideles, qui Fidei prædicandæ, & conservandæ causa Christianis Principibus subjiciantur, naturali libertate privandos non esse: Itaque summo semper studio à Catholicis nostris Regibus cautum.

SUMMARIUM.

- 1 Indi Occidentales an seroi capientium effici possent, olim dubitatum fuit.
- 2 Opinio erronea aliquorum, qui Indos seruos effici posse putarunt, plurima damna generavit.
- 3 Libertas naturali jure inspecto omnibus hominibus competit.
- 4 Seruitus communi omnium gentium jure ex justis bellis induci capit, Et quare.
- 5 Seroi non tam à seruitute, quam à servando dicuntur.
- 6 Seruitutis diffinitio, & quid de ejus origine, causis, & differentiis scripserint, Et num. 32.
- 7 Seruitus non est contra aliquod expressum præceptum juris naturalis.
- 8 Bodini opinio damnatur, qui nunquam seruitutem licitam, vel utilem esse contendit.
- 9 Cyrus apud Xenophont. & Horatius, quid de hominum captivitate sentiant.
- 10 Seroi Græcæ Sociæ dicuntur quasi servati.
- 11 Alagium, quot seroi, tot hostes, qualiter inveniatur Festus Pompejus.
- 12 Captivitatem justam etiam ex injustis bellis oriri posse, putat Menchaca. Contrarium, num. 75.
- 13 Seruus quis ejus fit, à quo superatur.
- 14 Seruitutes hominum instar pecudum admittas, est locus D. Augusti.
- 15 Bellum ex utraque parte justum reperiri, vix possibile est, Et num. 76.
- 16 Militari usu etiam capti in bello injusto, ut seroi denuentur.
- 17 Captivitas etiam citra belli causam, exerceri posse videtur.
- 18 Lex postliminii §. 1. ff. de captivis, expenditur, & declaratur.
- 19 Romani servos effeci eorum, & etiam in Ecclesia capi possunt.
- 20 Pet. Bellinus Indos Occidentales seruos effici potuisse opinatur, Contrarium num. 89.
- 21 Infideles sunt hostes Christianorum, & etiam in Ecclesia capi possunt.
- 22 Homines quibusdam natura stannum duntaxat infundit, Ex Platone.
- 23 Barbaros seruos effeci eorum, à quibus excoluntur, aliqui putant.
- 24 Æthiopum captivitas, qua ratione ab aliquibus defendatur, Et n. 27. & 108.
- 25 Fortuna multis parci in penam, ex Plinio.
- 26 Indi rebelles, apostate, vel seipsos voluntarie vendentes, seroi fieri possunt, Et n. 60.
- 28 Justitiam bellorum, qua inter se Barbari, & Infideles gerunt, Christiani anxie indagare non debent.
- 29 Infideles, & Barbari suis legibus tam in pace, quam in bello reguntur, & nostrarum laqueis non innodantur.
- 30 Cap. 1. dist. 7. & Exodi auctoritas cap. 12. ponderatur.

- 31 Legis veteris auctoritates an, & quatenus possint à Christianis allegari ad decisionem causarum.
- 32 Vendere quis seipsum potest, ob pretium participandum.
- 33 Indos seruos effici non posse, certior sententiâ est, & qui Auctores eam expresse sequuntur, num. 53.
- 34 Dominatio qua conceditur Principibus Christianis in Barbaros infideles ob fidei receptionem à coacta, & vili subjectione ac servitute aliena esse debet.
- 35 Suavitas multum conducit ad fidei receptionem.
- 36 Principes, qui populis recenter quæstis parum affecti sunt, D. Thom. reprehendit.
- 37 Victores cum viciis qualiter se habere debeant.
- 38 Amiani Marcellini elegans locus expenditur.
- 39 Cap. noli 23. quæst. 1. ponderatur, & illustratur.
- 40 Victo, vel capto misericordia debetur, in quo pacis perturbatio non timetur.
- 41 Infideles ubi convertuntur ad fidem, filii Dei, & liberi sunt, unumque in Christo, & in Ecclesia cum cæteris fidelibus corpus constituunt, ex D. Paulo, & Clem. Alex.
- 42 Domini se mittit habere cum serois ad fidem convertis.
- 43 D. Math. verba cap. 17. Ergo liberi sunt filii, explicantur.
- 44 Fidei receptione mediante à quintuplici servitute liberantur.
- 45 Christiani quomodo seruos possidere, eisque uti debeant, ex D. August.
- 46 Legem ferre summus Pontifex potest, & expedit, ut converti ad fidem ab omni humana servitute liberi fiant.
- 47 Servos, si baptizentur, liberi fieri aliqui Romani Pontifici statuerunt, ibid.
- 47 Judæis convertis multum favent Rom. Pontifici.
- 48 Extravag. 2. de Judæis, inter communes explicatur.
- 49 Judæi, qui convertuntur, multis injuriæ à tyrannis sunt, & damna, quæ inde proveniunt.
- 50 Converti de novo ad Fidem miserabilium personarum numero habentur, & privilegiis utuntur.
- 51 Christiani à Christianis in bellis, quantumvis justis, capti ex generali consuetudine seroi non fiunt.
- 52 Baldinus notatur, dum injustè damnæ morem non effugiendi seruos eos, qui in bellis Christianorum capiuntur.
- 53 Auctores comprobantes omnimodam libertatem Indorum recensentur.
- 54 Pauli III. rescriptum pro libertate Indorum expenditur.
- 55 Clemens VIII. Indos, tanquam tenellos Fidei palmetes, suavi mansuetudinis imbre rigari præcipit.
- 56 Reges Catholici plurimas leges, & cautiones fecerunt pro Indorum omnimoda libertate asserenda, & tuenda.
- 57 Columbus graviter reprehensus fuit à Regibus Catholicis, quod Indos quosdam tanquam seruos in Hispaniam misit.
- 58 Caroli V. Imper. temporibus multis modis & panis Indorum libertati consultum fuit.
- 59 Indi rebelles, Caribes, Canibales, & alii nimis offendi, esse aliquando seroi effici justè fuerint, postea tamen hoc abrogatum fuit, Et quare, n. 61.
- 60 Indi nostris insidiantes seruitutis iugo potant compesci.
- 61 Indos primis illis temporibus præsertim dicitur de milites sub variis, & injustis coloribus capti haberi.
- 62 Granatensium rebellium filii parvuli propter dubium circa eorum seruitutem exortum, liberi declarati sunt.
- 63 Æthiopes si quis pregatim mercatus sit, & abibit de justa captivitate aliorum, & qui illi sint, distinguere nequeat, omnes liberos dimittere debet.
- 64 Libertas inamitabilis, & favorabilis est, & pro ea in dubio pronuntiandum.
- 65 Libertatis datio pia, & meritoria regulariter, ejusque favore multa contra communes furis regulas statuuntur.
- 66 Libertate nihil gravior præstari potest, & ejus primitio omne supplicio gravior cædetur, & mortis comparatur.
- 67 Leger, & schedula Regiæ, quæ omnes Indos statim